

**Num. XIV. 808. 14. Octobr.**

Wirut, Gisilmar et Wentilmar sancto Emmeramo in praesentia Adaluuini Epi  
donationem ad Vischaha factam confirmant.

*Pez I. c. 86*

In christi nomine. Cogitando cogitavimus vitam istam et vitam, quae post istam  
sequitur, plabuitque nobis, ut cum rebus vitae huius partem adipisceremur  
aeternam.

Idcirco tradimus et firmiter firmamus ad S. Emmeramum pro remedio  
animarum nostrarum et patris nostri Elis, commarchiam nostram in loco, qui  
dicitur Eolvespah usque ad Vuisaha, indeque usque ad Uuintarpah, et inde  
tendens usque ad duos tumulos, et usque ad supradicta loca Avarorum (i. e.  
Austriae). Isti sunt testes: Sacco, Hamadeo, Sahmar, Hitto, Uualtheri, Geruuin,  
Meginhart; et alia die firmata est haec traditio coram Aodulfo Comite (et  
Ratisbonae Praefecto), Cotaramo Comite, Anto, Arnolt, Eto, Meripoto, Plidker,  
Uuitraat, Helmrich, Kerperht, Cotahram, Ambricho, Crumpald, Eparhart, Utto,  
Husuuart, Iustus, Adalo, Poppo, Immo, Billunc, Unroh.

Firmamus autem nos hanc traditionem ego Wirut, et Gisilmar, et Uuentilmar in  
Ecclesia sci Emmerami in praesentia Adaluuini Epi, offerimusque servum  
nostrum cum omnibus utensilibus suis nomine Gereloh. Facta est haec traditio  
anno VIII. Augusti Karoli, XVIII. Kal. Octobris, et ego Thaugolf presbyter scripsi.